



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt LXX. Exempla Piæ De Deo Cogitationis & incensæ precationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

C A P. LXIX.

DIVINÆ PRÆSTANTIÆ COGITATIO
fons amoris, amor scaturigo devotionis &
attentionis.

§. **E**x hac diuinæ præcellentiæ contemplatione nascitur amor Dei, præcipua devotionis & attentio-
nis causa, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 82. art. 3. Amans pecunia, honoris, voluptatis, vxoris, liberorum, co-
gnitorum, sodalium, semper de ijs cogitat absentibus,
attendit & gaudet præsentibus.

§. Hic Dei amor Sanctos precantes sape ab ipsis Quid, &
sensibus propter vehementem attentionem in Deum quotuplex
abriput, vt eorum animus esset potius, vbi amaret, extasis, quæ
quam vbi animaret. Diuinus amor, inquit, S. Dionysius Dei efficit
libr. de diu. nominib. c. 4. extasis facit. Et quidem vt docet amor.
S. Thom. 1. 2. q. 28. art. 3. extalis ejusmodi duplex est, altera in vi cognoscente, ad quam amor disponit, siquidem impellit amantem, vt meditetur de amato, vehe-
mens autem cogitatio vnius abstrabit ab aliis, altera verò extasis est in vi appertente, quam proximè efficit
amor, dum amans extra se in amico versatur, illibonum cupiens, procurans, illum assidua prouisione &
diligentia complectens.

CAPVT LXX.

EXEMPLA PIÆ DE DEO CO-
gitationis & incensæ pre-
cationis.

§. **B**eatus Ægidius S. Francisci sc̄tator & comes, vt
est tomo. 7. apud Surium in eius vita, tanta consi-
M 5 de-

deratione, tanto affectu & ardore beneficia Dei meditabatur, vt non possit sine extasi de his cogitare, fratribusque, qui cum eo loqui cupiebant, diligenter cauendum ne Dei, vel Sanctissimae Trinitatis nomen, proferrent: quia mox animus se jungenbatur a sensibus. Hoc amore Sancti ignescunt, & ignitas preces, velut ex ardente camino scintillas, a pectori ad Deum emitunt. Moyses ex consortio sermonis Deit tantum ardorem splendoremq; animo conceperat, vt etiam ex ipsa fronte cornuum more emicaret, Exod. 34.

*Ignita Saluato:ris pre-
catio.*

§. De Salvatore nostro ait S. Lucas cap. 9. 29. Facta est dum oraret, species vultus altera, & vestitus eius albus & resplendens. S. Matth. cap. 17. v. 2. habet: Resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix. Vi est in libro de exemplis & documentis vita spiritalis num. 3.

*Ardens soli-
tariorum
oratio.*

S. Macarius somnum simulans, vidit quasi diurnam lucem penetrare cellam, in qua duo Anachorite noctu precabantur expansionis manibus, & unum tanquam musca circumvolitantabat demones, & ab Angelo abigebantur, & ad alterum appropinquare non audebant, cumque mane una Psalmos concinerent, vidit idem sanctus Macarius, quod minori per unumquemque versum exhibat facula ignis de ore ipsius, & in celum ascendebat. Et cum maior psallens aperiret os, tanquam fumiculus ignis de ore ipsius egrediebatur, & in celum usque pertingebat.

*Incensa &
Incendens S.
Elisabetha
deprecatio.*

§. Adjungam hic exemplum mirabile quidem, sed & credibile. Quidam dissolutoris vita adolescens oravit Sanctam Elisabetham Hungaricam Landgrauii vxorem, suu ut precibus illi vita emendationem impetraret. Cui illa. Te, inquit, pariter mecum orare conuenit, atque ita separatis locis deprecationi initium datum. At mox adolescens exclamare coepit Cessa Domina cessa ab oratione, nam precum tuarum ardore ita inflamor, ut sustinere nequeam. Verum illa excedentem eius animam peccatorum rubiginem penitus detegret in precibus perseverauerat. Tunc adolescens rebemtus

mentiū incensus altissima voce clamauit: Desiste quæso, define: nam feruor orationis tua viscera mea depascitur. Sustentatus deinde ab aliis, ne animo deficeret, orationem intermitte S. Elisabetha, & calor paulatim se remisit, mutatusque in meliu in S. Francisci ordine laudatissimam vitam optimam morte terminauit. Ita apud Surium tom. 6. in vita S. Elizabetha. Quam accensus in precibus amor, qui tantoper & alium inflammauit?

§. Magnum etiam ad attentionem momentum habet nostræ indignitatis, vilitatis, indigentia, socordia, malitia cogitatio, qui cum infinito, optimo, liberalissimo, nostri amantissimo Deo sermonem instituimus. Exemplum etiam aliorum, qui summo ardore, animi præsentia, submissione pietate Deum vel inuocarunt vel dilaudauerunt. Isa. 6. v. 1. 2. 3. 4. Apoc. 7. 11. Qua de re jam satis dictum, factò opus.

C A P. LXX.

DE REVERENTIA IN PRECIBVS
erga Deum.

§. Duximus superius ex Magno Concilio Lateranensi ad Canonicas Horas ritè persoluendas requiri deuotionem, cuius altera pars est attentio, de qua haec tenus egimus, altera reverentia de qua modo tractandum. Est autem reverentia honor exhibitus *Quid reue-*
in testimonium virtutis. Et est actus timoris, & ut Deo rentia &
debetur, actus latræ. Est verò duplex reverentia; in- *quod erga*
terna videlicet, quo Dei majestatem nostramque *Deum actus*
indignitatem suspicentes, illi nos totos profun- *latræ.*
dissimè submittimus, & externa, qua internam *Bipartita*
reverentiam inclinando caput, genua, corpus, *reverentia,*
suplices attollendo manus, tundendo peccus,
procum-